

## *Æquo Lectori.*

**Q**uanta etiam in typographicis erroribus ex hoc libello eliminandis, tum à me, tum ab aliis adhibita fuerit diligentia, neq; tamen à typographis impetrari potuit, quamvis amicè ac diligenter monitis, ut qui sæpius exserto velut digito, ipsis ostensi erant errores emendarentur. Commata enim deprehendi omissa, transposita, quin aliquot in locis sensum corruptum ferè, & quid non? ferenda tamen hæc fuerunt, quod mutari non possent. Hoc saltem obnixè rogatum volo Æquum rerum arbitrum, ne mihi quæ aliorum culpâ omissa vel commissa sunt, imputet: communis librorum fati recordatus. Vale.